



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

MXVI. Markgraf Ludwig der Römer genehmigt die Vereinigung mehrerer
Bayerischer Länder und Orte mit der Krone Böhmen, am 1. Dezember
1356.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

dritteynhundert iar darna in deme ses vnde vestigesten iare, an deme negeften mandage vor der heiligen Aposteln dage, sunte peters vnd sunte pawels.

Nach dem Originale des K. Provinzial-Archives zu Magdeburg. Fehlerhafte Copie in dem Churm. Lehn- u. Conial-
buche Mspt. XV, 63.

MXVI. Markgraf Ludwig der Römer genehmigt die Vereinigung mehrerer Bayerischer Länder und Orte mit der Krone Böhmen, am 1. Dezember 1356.

Nos Ludowicus, dictus Romanus, dei gracia Marchio Brandenburgensis, sacri Romani Imperij Archicamerarius et Bavarie Dux. Ad perpetuam rei memoriam. Serenissimus ac Inuictissimus princeps et dominus, dominus Karolus Quartus, diuina fauenta clemencia Romanorum Imperator, semper augustus et Boemie Rex, Inter alias sollicitudinum operosas vigilias, quibus pro subditorum grata quiete Imperiali benignitate hincinde diltrahitur, ad desideratam quietem et felix augmentum insignis Regni sui Boemie, oculos sue deliberacionis conuertit et tanto sollercius de ipsius meditare curauit augmento, quanto ex dilatacione suarum propaginum velud a membro nobili, sacrum Romanum Imperium nouit indubie laudabilius honorari: nam sicut ex diuisione Regnorum calampnitates horrende confurgunt et odiose sedicionis scandala fidelium Regnicolarum quies desiderata confunditur, sic adunatis Regni uiribus, in pacis pulchritudine in fiducie tabernaculis et opulenta requie fidelis populus conuiescit et gratis letatur comodis sub grato regimine principis graciosi. Sane considerans, ut Regni sui predicti Boemie multiplicetur dudum sperata felicitas et vbertatis et comodi augmento feliciter proficiat, quibus tam nature proceritas singularis quadam influencia, quam clare memorie Illustrium principum dominorum condam Regum Boemie parentum et predecessorum suorum laudabilia quidem et veneranda studia prouiderunt eidem et considerans eciam et ad hoc precipue aciem sue mentis conuertens, qualiter infraescripte Ciuitates, Municiones, Castra, terre, districtus et Territoria, quorum et quarum nomina inferius exprimuntur, qui et que cum prefato Regno suo Boemie immediate confinant, pro Illustrium principum dominorum Regum Boemie, et eiusdem Regni Corone comodis et profectibus ad honorem Sacri Romani Imperij non solum expediant, ymmo necessaria videbantur, Tum quia Regibus Boemie ex Terris huiusmodi ad Eleccionem Romani Principis cum ceteris coelectoribus suo tempore faciendam prestatur accedendi securitas, Tum quia amminiculo ipsarum Reges Boemie Curiam Imperialem, que de more in Nuremberg celebrari consueuit, pro tractandis Imperij sacri comodis, profectibus et necessitatibus opportunis, ampliori comodo et proniori voluntate non tam valebunt, quam eciam delectabuntur accedere, Tum quia Terrarum huiusmodi spacia Regni Boemie velud insignis membri Serenitatis cesaree insignis requirit nobilitas, Tum quia Ciuitates, Castra, Municiones et loca, quorum inferius annotacio fiet specifica, post rapinas, spolia, strages et sediciones innumeras et periculosa discrimina, quibus singulis viatoribus transitus vetabatur, nunc diuine

propiciacionis munere Regis Boemie Regni et nobilium Regnicolarum ibidem disponente potencia, in tranquillitatem optate pacis Regimine grato conducte, amena tranquillitate gaudentes, quibullibet Mercatoribus, peregrinis viatoribus et personis alijs tutum accessum, statum et transitum indubie pollicentur, ut ex hoc non solum dicti Regni sui Boemie, verum multorum Regnorum et principatuum nec non reipublice comoda continuatis prosperitatibus augeantur. Ideoque prefatus dominus noster Imperator Karolus, animo deliberato nostro et colectorum nostrorum accedente consilio, — Municiones easdem, castra, opida, Terras utpote Sulczbach, Rosenberg, Neystayn, Hertenstejn, Hohenstejn, Hilpoltstejn, Liechteneke, Turndorf, Frankenberg, Aurbach, Herfbruke, Lauffen, Velden, plech Eschembach, Pegnicz, Hauseke et Werdenstejn, que et qui fuerunt aliquando felicitis memorie Illustris Principis domini Rudolphi quondam comitis Palatini Reni et Ducis Bauarie Soceri sui, quas et que ab Illustribus Principibus, dominis Ruperto Seniore et Ruperto Juniore, similiter palatinis Comitibus et Ducibus Bauarie, Sorory ipsius, velud res ad ipsos per mortem dicti Soceri sui ipsorum patris et propinquiores Consanguineos, ordinaria et naturali successione legitime deuolutas, precio suo comparasse dinoscitur, ac demum Municiones et opida videlicet Hirzow, Newenstat, Stornstejn et Liechtenstejn, que fuerunt dictorum Ruperti Senioris et Ruperti Junioris Palatinorum Comitum paternalis hereditas, quasque similiter emisse dinoscitur ab eisdem, Et insuper Municiones infra scriptas videlicet Plestein, Reichenstejn, Reicheneke, Hauseke, Stralfels, Wildenfels, Spis, Ruprechtstejn et Scheleberg, que a Regno et felice Corona Boemie in feudum rite dependent, et opidum Bernow, quod a Monasterio Waltsachen, etiam sua pecunia dinoscitur Comparasse et alias Terras, quas in alamannia sua sollicitudine Regnum predictum Boemie tenet et possidet, cum omnibus districtibus, Territorijs, villis, opidis, Vafallis, vafallagijs, feudis, feudatarijs, Militibus, Clientibus, Civibus, Judicibus, Scultetis, Rusticis, Emphiteuticis et ad glebam astrictis, agris cultis et incultis, Montibus, Vallibus, planis, vijs et invijs, siluis, Rubetis, virgultis, pascuis, pratis, venacionibus, aucupacionibus, aquis aquarumque decursibus, stagnis, lacubus, palludibus, piscinis, molendinis, censibus, redditibus, prouentibus, obuencionibus, vtilitatibus, honorancijs, emolimentis, tallijs, penis, mulctis Judiciorum et alijs vndecumque prouenientibus, Monetis et auctoritate cudendi Monetas auri, argenti, Hallenses et alterius cuiuscunque, quam quidem auctoritatem per totam eandem patriam, et pertinencias eius et totum predictum suum dominium extendi voluit vbicumque deliberacione sua seu Illustrium Principum, dominorum Regnum Boemie heredum et successorum suorum eadem Moneta decreta fuerit facienda, Judeis, et omnibus alijs pertinencijs, que ad predicta seu aliquod ipsorum spectant seu spectare debent quouis titulo, nec non metis, gudibus, granicis, circumferencijs et limitibus suis, sicut ab alijs bonis circumadiacentibus circumferencialiter sunt distincta, Juribus, Jurisdictionibus, dominij vtilibus et directis, omagijs et omagialibus atque auri, argenti, stanni, plumbi, cupri, ferri et alterius cuiuscunque metalli, mineris et omnibus alijs in sub et super terram consistentibus, quibuscunque etiam specialibus vocabulis valeant designari, prefato Regno suo Boemie et ipsius Regni felici corone sibi heredibus et successoribus suis Illustribus Prin-

cipibus Boemie Regibus, auctoritate Cesarea incorporauit, adiunxit, attribuit, inuiscerauit et de Imperiali sue plenitudine potestatis perpetuo et irreuocabiliter coniuuit. Deceuit eciam ac suo Imperiali perpetuo fanciuit edicto, quod non liceat alicui Illustrium Principum dominorum Regum Boemie successorum suorum iam dicta Castra, Ciuitates, Municiones, terras etc. — vendere, scindere, obligare, permutare, diuidere aut aliquomodo a potestate Regum, Regni et Corone Boemie remouere etc. — Nos igitur, qui supra, Ludowicus, dictus Romanus, Marchio Brandenburgensis, Sacri Romani Imperij Archicamerarius et Bauarie Dux, ex eisdem racionalibus et euidentibus causis, quibus antedictus Serenissimus Princeps, dominus noster Imperator Karolus circumspecta sua prouidencia motus fore dinoscitur, et ex omnibus predictis, tamquam ex motiuis legitimis, Sacri Romani Imperii Magnificum statum conspicientibus propensius animati, Supradictis incorporacioni, adiunccioni, attributioni, inuisceracioni, vnioni, decreto, inhibicioni, statuto, derogacioni et penarum adieccioni et omnibus alijs, que expressantur aut sunt expressa superius, velud Marchio Brandenburgensis, Sacri Romani Imperii Archicamerarius et Bauarie Dux et Princeps Elector, animo deliberato, et sano precedente consilio, nostrum beniuolum consensum et assensum presentibus adhibemus. — Presencium sub nostro Sigillo testimonio litterarum, Datum Metis, Anno domini Millesimo Tricentesimo Quinquagesimo sexto, in Crastino beati Andree Apostoli.

Extract aus einer vollständigen, im Böhmischen Kron-Archive zu Prag befindlichen authentischen Copie.

MXVII. Markgraf Ludwig von Brandenburg und Herzog Rudolph von Sachsen stiften einen Vergleich über Rideburg und andere Streitpunkte zwischen dem Landgrafen Friedrich von Thüringen und dem Erzbischofe Otto von Magdeburg, am 21. Mai 1357.

Wir Friedrich von gotis gnaden Lantgraue zu Duringin, marggraue zcu Myfsne, in dem Ostirland etc. Bekennen offinlich an dissem briue, das die durchluchtin furstin vnser liebin oheim Ludewig der Romer, Marggraue zcu Brandinburg vnd Rudolf, Herzcoge zcu sachsin, zeuschin vns vf eyne site, vnd deme erwirdigin in gote vater vnd herin, herin ottin Erczbischoue zcu meydeburg, vnfirm liebin herin vnd Swager, vmb Rideburg vnd allis daz darzcu gehort, wy man das genennin mag vf dy andir syte, intschneiden vnd intrichtit habin, als hi nach geschribin stet, Das di sechse, di gereyt dar obir sint gekorin vnd gesworn habin von vnfir beidir weyn, sullin teyln wal vnd Dorf zcu Rideburg glich also, das beyde Herrin ire gerichtstube da behaldin, als verre als in behegelich ist. Ouch suln sye dye lant vnnd gericht, was zcu Rideburg gehort, twe- ris glich teyln was gen Halle wert lyt, das sal vnfirm swager von Meideburg geuallin, vnd was gen Delcz lyt, das sal vns geuallin, Welchir teil bessir were nach derselbin sechfir besagunge, so sal man deme andern zcu legin, das is glich werde. Ouch das kirchlehn da-